(164)

Barlæo. Seorsim te convenio. Lucane Belgarum, Barlæe charissime, et acceptissimum fuisse Poema tuum nuncio, Principi, militibus, literatis, et Iesuitis. quasi Diis superis dicam, terrenis et inferis. Me verò curatum seduloru ne exuisse humanitatem credas, qui cum animâ illam nescio an depositurus sit. Modo hoc tu semper, ut valeas et me ames Tuum. ad Mosæ Trajectum in Castris 11. Octob. 1632. planè somno obrutus.

Commendo Brosterhusium viris magnis quem nostis omnes intimè, vatis seenó Leporis et modestiæ et venustatis, et eruditionis (at nimis hæc οὐκ ἀξει Succurre Iambe) synopsin aut compendium Commendo inquam Brosterhusium toto affectu. cave ù videri possis, ad quem intercessore me, opus fuerit.

De Wilmio. Amplissime Domine Collega.

(165)

Fatali infortunio, et quod fateri non recuso, turpissimâ amanuensium meorum socordiâ bis factum est, quod Lenidensis operæ, quam dudum imperaveras fructum hactenus exspectas. Primo enim Diplomate amisso, cui jam a Principe subscriptum erat, ecco, quam alterius notam a fratre missam nuperrime tradideram, iterum vel cura hominum occupatiorum vel incuria elapsa est, ut veteri verbo, peccant securæ nimium sollicitaque manus. Adeoque nisi, qui hactenus offendi, irritare te nunc velim prolixioris moræ tædio, cogor tamen humanitati tuæ, nimis jam exercitæ, mutilam quod vides scriptum obtrudere. Supplebis autem hos hiatus tu, vel de amicis quilibet, cui perspectum sit viri nomen et status et res. Porrò quid afferre vis, quod non vis contentientem, et verè dixerim innocentem reum? nisi tritum formula prætextum ἐῶ τὼ σε κύεε ἔχε με παρῃτημένον. Summa est Amice, si per me non stetit, quo minus tempestive nos gestus tibi sit, quid est quod sævias, sin stetisse vis, quin recentibus mandatis me castiges? Equidem hanc talem gratiosam poenam æstimabo et subibo libens, et obibo post hac ne dubita quodcumque jusseris, quâ sedulitate decet

Perpetuam salutem et infinitam quoties ad D: Descartes scribis, ab indigno me tantæ virtutis æstimatore, summo virorum dici postulo.

Addictissimum tibi Collegam
C. H.

Golio.